



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Art. II. De Legibus, & Constitutionibus Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

„ daverit coram quovis privatim fra-
 „ tre, non dubito a peccatis suis illum
 „ esse absolutum. „ *Hæc propositio in-*
nuens Laicos tam viros, quam mulieres po-
testatem clavium habere, est falsa, Sacra-
mentis Ordinis & Pœnitentiæ contumelio-
sa, & hæretica cum errore conveniens Wal-
densium, & Quintilianorum.

Sæcul. XVI.

A.C. 1521.

ARTICULUS II.

De Legibus & Constitutionibus
Ecclesiæ.

Inter propositiones, quæ ex eodem li-
 bro per Facultatem Theologicam da-
 mnato excerptæ fuerant, secundus ti-
 tulus agit de legibus & Constitutioni-
 bus Ecclesiæ, ac nonnisi unicam, hanc-
 que complectitur propositionem. „ Ne-
 „ que Papa, neque Episcopus, neque
 „ ullus hominum habet jus unius syl-
 „ labæ constituendæ super Christianum
 „ hominem, nisi id fiat ejusdem con-
 „ sensu. Et quicquid aliter fit, tyran-
 „ nico Spiritu fit. „ *Hæc propositio est*
a debita subditorum erga Superiores obe-
dientia & subjectione retractiva, legum po-
sitivarum seditiose destructiva, ac in fide, &
moribus erronea, & est error damnatus Wal-
densium cum errore Arianorum conveniens.